

3.

Q. F. F. S.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
INFITIAZIONE
POENALI

QUAM

DEO PRÆSIDENTE

EX DECRETO

*AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN ACADEMIA LIPSIENSI*

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
SOLENNITER CAPESSENDI

PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ

SEBASTIANUS SCHUBARTUS
EILENBERGA - MISNICUS

IN AUDITORIO JCTORUM PETRINO

EXPONIT

AD DIEM XX. MENS. SEPTEMBR.

ANNO

M DC LV.

LIPSIÆ

Typis BAUERIANIS.


DISERTATIO JURIDICA PRAGMATICIS
DE
INSTITUTIONE
POMERANICAE

DEO PRÆSIDENTE
EX DECRETO
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN ACADEMIÆ PRÆSENSI
PROMOTIVÆ
SUMMORUM IURORUM IURIS HONORES
SOLENNITER CAPESSENTI
PÆTICÆ BRADITORUM CENSURÆ
SEBASTIANUS SCHUBARTUS
LILLENBERGA-MISNICUS

IN ACADEMIA JURIS PRÆSENSI
EXPOSITA
AD DIEM XX. MENS. SEPTEMBR.
ANNO
M DC LV.

LIPSIÆ
J. B. BAERII





IN NOMINE JESU CHRISTI!
DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
INFITIATIONE
POENALI.
THESIS I.



Amiliare huic sterili fidei seculo,
Causas *Infittiatione* defendere. Impro-
bum hoc nequam maximè Debitorum
Præsidium uti societati Civili inimicum;
ita Prætoris coërcitioni videri poterat
meritò obnoxium. Adgnovit utrunque suâ jam ætate
Veterum publicâ subnixa autoritate Prudentia; utque
ipsi impudentes *Infittiatores* fidem dissimulare dedocentur,
neu alii ejusdem sectæ impunitatis spiritu armentur,
varias *Infittiationi* imposuit pœnas, quas Dissertationi
huic Inaugurali materiam præbituras nobis persvademus
haut infœcundam.

II.

At cum Pœna quàm peccatum non minus co-
gnitione, quàm tempore sit posterior, ne Culpæ malum

lateat, ubi nec latet malum pœnæ; laudabili Medicorum exemplô, qui vulnus prius probè contrectant, & in morbum ejusque naturam ac causas accuratè inquireunt, quàm medicas valetudini manus applicant; ipsam *Infirmitatis Naturam* primùm indagare fas erit; quam gemina *Nominis & Rei* nobis aperiet *Definitio*. *Illam* autem, quatenus *hujus* faciliori investigationi facem præfert, feliciùs erimus præmissuri.

III.

Et quidem in vocis natales ultra necessitatis terminos heic non inquiremus. Romana nata est, & ingenuitatis suæ *Terentium, Ciceronem, Svetonium*, & tantùm non omnis seculi latinioris Scriptores aut assertores habet, aut testes. Eam Grammaticorum pueri in triviis formant à verbo *Infirior*, quod *Nicol. Perrottus in 3. Epigr. Martial. ad Domitian. in verb. Deficientis.* facit à *Facio* quasi infectum, i. e. non factum testor: haut inficetè; nisi fortasse vero propius, si ex *In & Fateor*, compositum dixeris, ut *Infirior* sit, quasi non fateor, cùm *Infirians* nihil minus agat, quàm ut fateatur: ex quò etiam rectius per t. quàm c. *Manutio* scribi placet.

IV.

Quemadmodum autem *Fateri*; ita *Infirari* dicimur haut tantùm ea, quæ mentis notionibus sunt conformia, sed & quæ eandem cum Intellectu convenientiam habent minùs. Ad quod laudari poterat vel solus *Cicero in partit. Orat.* ubi cum filiò de fragili per tormenta inquirendi ratione differens, *Sape*, inquit, *questionibus resistendum est, quòd & dolorem fugientes multi in tormentis ementiti sunt, moriq; maluerunt, falsum fatendo, quàm infirando dolere.* Cui planè adstipulatur *Ulpianus in l. 1. §. questioni. 23. π. de questio.* Peperit hæc Objecti
latitudo

latitudo termino ambiguitatem, ut vocabulum *Infitiationis* accipiatur vel *Generaliter* pro quavis Negatione adfirmationi oppositâ. Ita *Autor Rhetor. ad Herenn. Lib. 1. Quare ex intentione & infitiatione judicatio constituitur hęc modò: Intentio est; Occidisti hominem; Infitiatio, non occidi.* Et *Cicero* præter locum supra citatum *Lib. 1. De Orat. n. 167. Ut si ille Infitiator probasset Judici ante petitam esse pecuniam, quàm esset cepta deberi &c.* Quem locum *Nonius Marcellus Lib. De Probit. Serm.* de falsi criminis Objectoribus interpretatur perperam, & contra mentem Scriptoris. Carpit enim *Cicero* duorum Patronorum Civilis Prudentiæ imperitiam, facti speciem hanc formans: Petitor ante diem actionem Clienti suam puram dari postulabat; quò casu, quia tempore plus petebat ex *L. XII. Tab.* totâ cadebat causâ. Defensor Juris æquè ignarus stultè contendebat; Cujus pecuniæ dies fuisset, ante diem quidquam peti non posse; neque intelligebat, si purè ante diem adversarium agere sivisset, eum litem amissurum; contrâ, si sub illâ exceptione egisset, non amissurum. *Infitiatorem* ergò *Cicero* accipit pro eò, à quò petebatur, qui diem solutionis venisse negabat. Quò in generali notione videtur capi à *Neratio, in l. ex judicatum. 16. π. judicat. solv.* quamvis *Bartolus* ibidem variam lectionem moveat. Vel *Specialiter* & propriè pro fraude involutâ negatione, atque sic semper in partem sequiorem. Quò sensu *Cicero pro Flaccò, Infitiatores & fraudatores* conjungit, eandem de utrisque omnibus in locis impudentiam prædicans. Hinc *Festus Lib. IX. Infitari, ait, est creditum fraudare.* Et *Martial. Lib. 1. Epigr. LXXXIII.*

In Jus ô fallax atq; Infitiator eamus.

Hâc in posteriori significatione, quæ Legalis est, adæquatum nostræ Dissertationis inveniemus Objectum.

A 3

V. Ne-

V.

Neque tamen peculiari hōc terminō isthoc
 Culpæ malum contentum; sed ob sui frequentiam Ge-
 neris quoque nomen adsumsit, ac *Negatio* vocitari solet,
l. Neratius. 23. §. 10. π. ad L. Aquil. l. sed hoc ita. 22. §. fin. π.
de re judic. l. hereditatium. 68. π. ad L. Falcid. Sic & *Men-*
dacium ob utriusq; fortè vitiosi actūs confinium, *l. si ex*
parte. 4. §. 1. l. eum qui. 6. π. quod cum eò. §. Dd. pass. Im-
 perator verò *Abnegationem* nominat *Nov. 18. c. 10.* quò no-
 mine etiam in *Consuetud. feudal. venit tit. 25. §. 3. §. Va-*
sallus. F. 2. Quæ tamen ἀνεβῶς loquendo ab *Insitiatione*
 haut parum differre videntur: *Insitiamur* enim propriè
 vera tantum, nec sine dolo *Jac. Cujac. Lib. IV. Feud. tit. 5.*
§. Job. Ott. Tab. De Alt. Tant. Cap. V. n. 143. *Negamus* etiam
 falsa & citra dolum. *Mendacium* in actu magis positivò;
Insitiatio contrà in negativò consistit, *H. Grot. De Jur. bell.*
Lib. III. c. 1. n. 7. §. 8. Sic *Abnegare* propriè dicimus id,
 quod à nobis donò, aut commodatò, aliòve officiò petitur,
 germ. *abschlagen*; *Insititari* verò *verneynen / verläugnen /*
Wehner in Observat. pract. verb. abschlagen. p. 2. vers. Spige-
lius. *Falsum* quoque, quatenus animò corrumpendæ ve-
 ritatis in alterius fraudem dolo malo fit, appellari poterit;
 quamvis *falsum* propriè non sit, nec in crimen falsi *Insit-*
tians incidat, quod demùm committitur, quoties animi
 dolum sequitur facti exsecutio ad pervertendam verita-
 tem, & simulandum id, quod non est, *l. quid sit falsum. 23.*
π. ad L. Corn. de fals. Ben. Carpz. p. 2. prax. Crim. q. 93. n. 9.

VI.

Per Vocis i nterpretationem facem ad rem
 ipsam accendimus, quâ prælucente ad *Insitiationis* jam
 nunc descendemus *Quidditatem.* Hanc adumbrare vo-
 luisse credendus est *Isidorus Lib. XV. c. 16.* *Insitiatio, in-*
 quiens,

quiens, est rei debita cūmpetitur negatio. Quem sequutus
Matth. Raderus ad Mart. Lib. 1. Epigr. 83. Infitiatorem
vocat, qui negat se debere quod petitur. Accuratius tamen,
utrōque *Nic. Perottus*, cui *supra citat. loc.* Infitiator est,
qui negat se vel debere, quod actor petit, vel admisisse, quod
accusator objicit. Nos, quibus non de quavis Infitiatione
res est, sed eā duntaxat, quam Leges malitiæ nomine in-
famant, & ob id pœnæ obnoxiam judicant; *Definitionem*
nostro Subjecto adæquatam exstruere conabimur istam:
Infitiatio Pœnalis est dolosa ejus quod ab adversariō in judiciō
bona fide intenditur, contra mentis conceptum in alterius
fraudem, legibus sub certâ pœnâ prohibita negatis.

VII.

Generis locō Negationem ponere non dubita-
vimus, freti præter modò laudatos Autores autoritate le-
gum ipsam Infitiationem per tropum aliās non inusita-
tum, generis voce sæpenumero signantium, *l. lege Aquiliã.*
2. §. 1. l. inde Neratius. 23. §. 10. π. l. contra negantem. 4. C. de
L. Aquil. §. pass. Quibus autoritatibus nec rationem de-
ficere putamus, cū Negare nihil aliud sit, quàm dicere,
aliquid non esse, ac tota hujus generis quidditas à Philo-
sophō delineata Definito nostro dextrè attribuatur.

VIII.

At cū nec quævis Negatio Infitiatio, nec
hæc omnis pœnalis sit, *Generis* latitudinem restringet
Differentia petita à *Causis* partim *Internis*, quarum alia
Formalis, cujus vicem subit *Disconvenientia verborum cum*
mentis conceptu rei congruō. Negativa namque sermonis
complexio Intellectūs notioni conformis, quamvis à re
difformis existat, Infitiationis pœnæ subjici non meretur.
Hinc *Mendacij* adfinitas, ad cujus notionem æquè requiri-
tur, ut id, quod dicitur, innuitur, à mente proferentis dif-
crepat,

crepet, *H. Grot. De J. B. Lib. III. c. 1. §. 10. & 11.* cum Mentiri sit quasi contra mentem ire. *Joann. Ordelaph. ad l. fin. π. d. R. V. n. 831.* Hæc partis formalis absentia eum, qui ignorantia, aut qui hanc consequitur Errore ductus facti verum negaverit, à pœnâ reddit immunem, *arg. l. juris ignorantia. 7. & sq. π. de jur. & fact. ign. Jac. Cujac. De feud. Lib. IV. tit. 5. Baro Schenck. inc. un. Si Vasall. feud. Si de feud. contr.* Nisi ignorantia planè sit crassa & supina. *l. nec supina 6. π. de jur. & fact. ign.* Quod juris idem est in *Dubitante*, si fortè incertus animi oblivionem allegasset, e. c. *Es were ihm die Schuld vergessen / und auß der acht kommen /* Cum enim *Dubitatio* sit actus animi judicii è duobus contrariis, vel diversis propter rationum paritatem neutrum pro verò eligentis & approbantis, *Dubitans* nec negare, nec adfirmare dici poterit, sed ignorantis & erranti, præsertim in pœnalibus, aut quatenus *Dubitatio* sit de factò ad ipsum *Dubitantem* non pertinente, æquiparatur, *l. fin. §. sin autem. C. de furt. l. fin. C. de Condict. indeb. Job. Ott. Tab. De Alt. Tant. cap. V. n. 143.* Et quamquam *Ulpianus* in *l. si quis testamentum. 41. pr. π. ad L. Aquil. Marcellum* *dubitantem* negare autumat, ob id tamen *Dubitatio* negatio non est; quia *Jctus* contemptativè *dubitasse* potuit, de quò activò *judiciò* non *dubitavit*.

IX.

Ex hac formali ratione & hoc exstruitur, ut *Negatio* agentis intentioni directò opponatur, nec sufficiat ad pœnam inferendam generalis aliqua, aut verborum involucris implicita responsio; Cujusmodi est illa: *Nego narrata prout narrantur, germ. Ich bin der Klage / massen sie mit allen ihren Umständen vorgebracht / nicht geständig /* quæ magis protestationem juris conservandi causâ, quàm fraudulētam negationem arguit, *P. Paris. cons. 100.*

n. 9. vol. 3. Card. Tusch. Concl. pract. tom. 5. concl. 28. n. 1.
Matth. Berlich. p. 1. concl. 26. n. 2. Joh. Ott. Tab. De Alt. Tant.
cap. K. n. 144. Neque generalis ejusmodi verborum
conceptus ita interpretandus est, ut intelligatur id di-
ctum, ex quo quis possit incidere in poenam, arg. l. obliga-
tione generali. 6. π. de pignor. c. licet. §. in generali. Si de
feud. def. contr. Mantic. De tacit. & ambig. convent. tom. 2.
lib. 22. tit. 32. n. 4. Non obstante eò, quod Felinus con-
trariae opinionis Patronus in c. 1. n. 20. de lit. contest. & c.
ceterum. n. 19. Limit. 2. de judic. pro firmanda sententiâ suâ
adducit, quem satis refellit post Marantam Jac. Schultes
Obs. for. 44. Illud tamen decidendi difficultate minus,
quàm rationum diversitate carere videtur; Num reus
partis de totò conventus totum negando poena reus fiat? Nos
contra Bartolum in l. 1. §. si stipulanti. n. 12. π. de V. O. & hu-
jus sectam negantis impunitatem cum Sigism. Scaccia Lib. 1.
De Judic. c. 103. n. 2. defendemus, persuasi autoritate Juliani
à falsâ adsertione partis ad falsitatem totius non sine ra-
tione inferentis in l. si is qui ducenta. 13. §. 3. π. de reb. dub.
cui adstipulatur Fulv. Pacia. de probat. Lib. 1. c. 18. Ant. He-
ring De fidej. p. 2. c. 27. n. 56. Licet enim pars, quæ in totò,
& summa minor, quæ in majori continetur, l. si quis cum
totum. 7. pr. π. de except. rei judic. ad integrandum totum,
& summam majorem eis insit; per se tamen illa pars vel
summa minor, utut debita, petita non videtur, declaran-
te ipsò Bartolò in l. scire debemus. 29. in fin. pr. π. d. V. O. De
quâ arduâ quæstione inter cæteros Dd. consuli poterit. 2.
Mandosius, qui huc inclinare videtur, tr. De Monitio. q.
29. & Joann. Ordelaphus, qui inter responsionem ad libel-
lum, & adpositiones distinguens nihilominus veritati lo-
cum relinquit in tr. ad l. fin. n. 800. π. de R. V. Add. Vincent.
Caroc. De Oblat. p. 2. q. 52.

B

X. Alia

Alia *Materialis*, quam Actor Infitianti subministrat; illud putat, quod ab adversario in iudicio bonâ fide intenditur. *Autor Rhet. ad Herenn. Lib. 1. Intentionem* appellat; quem Vocis usum & jura probant *in l. si quis, 66. π. de judic. l. Julianus, 9. §. 6. π. ad exhib.* Cujus substantia consistit in hoc, ut quod intenditur, sit factum, nec tamen nudum, sed quod effectum juris post se relinquit, ipsi verò Juri opponitur. Undè *Cicero 1. De Orat. Prasertim*, inquit, *cum non in Crimine aliquò, quod ille possit infitari, sed in jure consistat*: De quò in iudicio disceptari minimè fas est. Ad qualitatem verò Intentionis pertinebit partim ut ea fiat bonâ fide, nec quod intenditur fictum sit, sed verum; falsa enim in iudicium deducta potius negare quàm infitari dicimur. Unde *Dn. Tabor* Infitationem fraude & falsitate conjunctam esse debere, prudenter monet, *d. c. V. n. 143.* Si ergò infitatio falsa esse debet, id sanè quod infitando impugnamus verum erit, necesse est. Quod eleganter exprimit *Mart. Angl. Lib. 11. Epigr. 117.*

*Perfidus es, frustra verum qui voce negasti,
Cum prodat te non infitianda manus.
Major ut in dictis constantia quàm sit in factis,
Os idcirco tibi non dedit ora Deus.*

Partim ut fiat in iudicio mediante libellò aptè formatò, in tantum, ut negatio super ineptò actoris libellò pœnam haut inducat, teste *Ant. Gabriel Lib. V. conclus. 5.* Et multo magis Reo erit impunè, si extra iudicium in præsentia fortè Virorum bonorum locò penè inopportuno solutionis admonitus, vel ex iracundiâ, vel etiam verecundiâ ad conservandam bonam inter bonos existimationem, vel tandem jocandi ergò, nec seriò debitum infitietur, *arg. l. 2. Mutius. 48. pr. ff. mand. l. famosi. 7. §. 1. π. ad L. Jul. Maj.*
Sed

Sed nec malitiosa Procuratoris Infitiatio dominum in
pœnam incidere faciet, cum hic illicita mandatô licet
maximè generali mandasse nunquam intelligatur, *arg. l.
si procurator, 6, §. 2, & ibi Jas. π. de condict. indeb.*

XI.

Præterea, ut hæc infitiatio Legis pœnam incurrat,
quædam actus negativi requiritur perseverantia, *Bald. in
l. contra negantem, 4. C. ad L. Aquil. Cujus communis
terminus ponitur Litis contestatio, l. electio. 26. §. 5. π. de
noxal. act. l. is qui. 25. π. de R. V. Vel antequam actor ne-
gatam intentionem probaverit, Fulv. Pacia. De Probat. Lib.
1. c. 19. n. 7. Joann Ordelaph. ad l. fin. n. 838. π. de R. V. Hæc
antequam fiant, matura ac sine noxa est pœnitentia, ad-
eoque pravè negans, putà si à Judice ad instantiam partis
ad iudicium se præparantis interrogatus, d. l. fin. π. de R.
t. t. π. d. interr. act. Rob. Marant, p. 6. Spec. aur. De Interrog.
vel quòcunq̃ue modò citra' litis contestationem infitia-
tus fuerit, negationem revocando, & bonam fidem ad-
gnosendo se corrigere potest, ut specialem illam à Lege
indictam pœnam evitet; Litis tamen sumtus, si quosdam
impendendi causam dederit, factâ prius eorundem mo-
deratione parti non immeritò præstabit, *arg. l. sancimus.
15. C. de judic. Nov. 18. c. 8. vers. omnes verò expensas. & ibi
Matth. Steph. n. 54. P. Bus. ad l. si ex parte. 4. π. quod cum
eò. Rittersh. ad Nov. p. 9. c. 25. n. 4. & seqq.* Ast hoc
pœnitendi spacium jura & Prudentes uniformiter cuivis
fallaci Infitiatori indulgere voluisse præsumi minimè de-
bent; sed huic demùm ex cuius pœnitentiâ nulla fiat A-
ctoris captio, detrimentum nullum, *l. de etate. 11. §. fin. π.
de interr. act. quò de casu etiam P. Busius in d. l. electio 26.
§. 5. π. de noxal. act. loquitur. Secus, & si damnum ex do-
losâ negatione re ipsâ redundarit, cujusmodi facti spe-**

ciem de filiõf. patremf. se mentiente proponit Jctus in
d. l. sed si ex parte. 4. §. 1. π. quod cum eõ. pœnitentiã, quã
nemo innocens esse desinit, l. qui eã mente. 65. π. de furt.
hautquaquam habebitur ratio, nec infitiantem, qui do-
losã dissimulatione damno causam dedit, à pœnã liberabit,
Bus. ad d. l. 4. & Cujac. ad Nov. 18. Ita nec Vasallum feudi ab-
negationem seriõ & dolõ malõ sive in judiciõ, sive extra
illud, & vel ante, vel post litis contestationem factam,
dummodò Patronus acceptaverit, & ad commissum con-
cluserit, revocare posse multi & legibus & rationibus pu-
gnant; cum delictum privatione dignum per ejusmodi
abnegationem semel consummatum, & Seniori Jus acqui-
situm, videatur arg. d. l. qui eã mente. 65. π. de furt. idq; ipsum
innuere videtur textus in c. Vasallus. Si de feud. def. contr.
qui ex simplici negatione disponit, feudum amitti, per
verba temporis præsentis, prout notat post Isern. in d. c.
Vasallus. Carol. Molin. Consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 27. &
Aym. Cravett. conf. 255. in fin. benigniorem tamen juris in-
terpretationem à pluribus interpretibus receptam sequi,
& Vasallum Infitationis ante litis contestationem pœni-
tentem veniã non indignum ex rationibus juris commu-
nis defendere tentabimus cum Jac. de Belvis. in d. c. Vasal-
lus. & Rosentb. de feud. c. 10. concl. 32. n. 17. Inter exem-
pla autem Infitationis pœnitentiam excludentis statu-
tum illud, De mitiùs puniendis delictum fatentibus,
quã negantibus à Sicbardõ ad l. 4. C. de L. Agv. huc ad-
ductum, rationem vix habet, cum potiùs respiciat favo-
rem confitentis, quã odium negantis. Contrã, sicut
Infitationis pœnitendi fines incertis casibus restringun-
tur; ita in aliis ex certã causã, putã, ob ætatem, si infitians
talis sit, ut ob lubricum juventæ veniam mereatur, ultra
etiam

etiam litis contestationem extenduntur, *d. l. electio. 26. §. 5. π. de noxa l. act.*

XII.

Partim *Externa*, quæ est vel *Efficiens*; Eaque tum *Dolus*, & intentio fallendi, *arg. c. Vasallus. t. 26. F. 2. Paul. Paris. conf. 100. n. 8. vol. 3. Jac. Cujac. Lib. IV. Feud. t. 5. Vel etiam Culpa Dolo proxima, per tex. expr. in l. de etate. 11. §. 11. π. de interr. act.* quam appellatione Doli in definitione inclusam volumus, juxta *l. quod Nerva. 32. π. depos. l. magna negligentia. 226. π. de V. S. l. si fidejussor. 29. pr. π. mand. l. obligationes. 1. §. 5. π. de V. O. l. impuberibus. 7. §. 1. π. de susp. tut. l. si dolo. 1. §. 2. ff. si is, qui testam. lib. arg. l. filius. 15. §. 1. π. de judic.* Et quia quoties de eò, quod interest, & restitutione damni dati quæritur, lata culpa doli nomine comprehenditur, *dd. ll. & Bach. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 24. th. 4. lit. C.* Hòc itaque malò ovò malus iste nascitur *corvus, Sig. Scacc. De Judic. Lib. 1. c. 103. n. 2.* Ex Culpâ autem Levi, aut Levissimâ ortæ negationi, Infitationis propriè sic dictæ vix nomen, nedùm effectum tribuendum, putamus cum *Jac. Cujaciò De feud. d. Lib. IV. t. 5. arg. d. c. Vasallus. t. 26. F. 2. & eorum, quæ graviter concludit Jac. Schultes Obs. for. 44. n. 13. & seqq.*

XIII.

Tum *Legis prohibitio*. Nam, quod denuò repetimus, de solâ Infitatione, quam Lex certâ pœnâ notat, heïc differimus; quæ proinde hâc Differentiæ adjectione abstrahenda erat à cæteris Infitationum non minùs vitiosarum formis, quibus Prudentia Legislatoria indulgendum censuit, non immeritò: Cùm multi actus vitiosi tales sint, qui puniri non possint, plures qui non debeant; quæ omnia determinat connexio finium, ob quos pœna instituta est, cum ipsâ pœnâ, quæ respicit utilitatem aut

ejus, qui peccavit, aut cujus non peccatum esse intererat, aut indistincte quorumlibet. qui fines quoties vel per se morali aestimatione necessarii non sunt, vel alii fines ex opposito occurrunt, non minus utiles, aut necessarii, vel denique illi ipsi fines alia via obtineri possunt, certe nihil erit, quod ad poenam exigendam praecise obliget, *H. Grot. De J. B. Lib. II. c. 20. §. 18. & seqq.* Qui respectus uti in omnibus actibus illicitis puniendis observari debet; ita circa hoc malum Culpa minimè negligendus est, nè Reus saepe causam suam forte non undiquaque iniquam adversario metu poenae tradere cogatur; maximè, cum aliis sibi consulendi remediis Actor ex Infirmitate laesus non destituatur, *Jac. Schultes d. Obs. 44. n. 13. & seq.* A Dolò ergò actus Infirmitatis vitiosus, à Lege verò prohibitive Poenalis efficitur.

XIV.

Vel *Finis*, qui est alterius defraudatio; Hoc enim pravè infirmitas maximè intendit, ut Creditorem, vel adversarium suum, eò quod bonam fide intendit, infirmitando fraudet. *Isidor. Lib. 5. Etym. c. 26. Bapt. Cost. De fact. & jur. ign. cent. 1. dist. 25.*

XV.

Hactenus de ipsa *Infirmitatis malitiosae Naturae Poenae*, quibus jura eadem certis in casibus vindicari voluerunt, investigandae sequuntur, quas, licet quidam nostrae aetatis exteri Doctores, maximam partem de consuetudine inumbratas adserant, quos inter *Philibertus Bougnion Legg. abrogat. Lib. 2. sat. 53. Bern. Autumn. in Coll. Jur. Gall. cum Jur. Rom. ad l. qui restituere. 68. n. de R. V. Imbert. in Enchir. in verb. poene pecuniaire. P. Christineus Decis. Belgic. Vol. 2. tit. 35. decis. 178. n. 13.* eorum tamen adsertionem ultra nationis suae fines non admittimus. *Poenas Infirmitatis autem in*

Ordi-

Ordinarias & Arbitrarias commodum dividemus. Sunt enim, quas Prudentia Architectonica ipsa in legibus determinavit expressè; Sunt etiam, quas Judiciariae pro facti circumstantiis determinandas commisit. Illae consistunt tum *in Juris Privatione*, tum *in Litis Multiplicatione*. Quae Infittiantem jure suo privant, rursus in duplici sunt differentiâ: Aut enim *juris privatioe sunt reparabiliter, aut Irreparabiliter*. Nonnunquam enim Leges Infittiantem privatione Juris, cujus causam fraudulenter in necem adversarii negaverat, in unô judiciô puniunt, quod in aliô eidem recuperare permittunt. Id quod accidit *in actionibus* tam *in Rem*, quam *in Personam*. *In Realibus* partim *Civilibus*, partim *Pratoriis*. In *Illis* quidem *ob negatam* vel *ipsam possessionem*, vel *possessionis qualitatem*. Constat enim circa *Prius*, suum vindicaturi esse, duo probare extrema; *Dominium* ex parte sui, *l. in rem. 23. pr. π. de R. V. l. ei incumbit. 2. π. de probat. l. actor. 23. C. eo. & possessionem* ex parte *Rei*, *l. officium. 9. & l. qui petitorio. 39. pr. π. de R. V. l. un. C. de alien. judic. mut.* Illud, nisi petitor probaverit, alieni possessor, licet retinendi causam nullam habeat, rem petitam restituere jure non cogitur, *l. qui accusare. 4. C. de edend. §. retinenda. vers. commodum. Inst. de interdict. l. possessiones. 2. C. de probat.* Super hoc verò idem Officiô Judicis ad petentis instantiam *juxta l. qui servum. 20. §. 1. π. de interr. act. & l. qui petitorio. 36. pr. π. de R. V.* interrogatus, sive possidere negaverit, sive alienô saltem nomine possidere asseruerit, convictus sive in primâ sive in secundâ Instantiâ, possessionem amittit, eamque quasi vacantem Judex imploratus ex officio sine telâ judiciariâ novâ, ab hōc ad petitorem, licet is de jure suo nihil probaverit, transfert, *l. fin. & ib. Dd. π. de R. V. Ows. Hill. Lib. 20. Don. Enucl. c. 3. lit. Q.* nec injuriâ; sicut enim

enim per negationem ejus, qui possidet, transfertur onus probandi in eum, qui interrogat; ita factâ negatione, & probatâ possessione, æquum omninò est, ut is, qui probavit, releveretur ab onere probandi dominium, ut possessio in eum transferatur, & sic in unò gravatus in alterò releveretur, per *l. eum qui. 30. ff. de jurej. Rom. Consil. 59. n. 9. Ordelaph. ad l. fin. n. 156. π. de R. V.* Neque Reus amplius nisi super ipsâ proprietate auditur ex Reò petitor factus. *Bart. Bertaz. Consult. Decis. Lib. 2. cons. 470. & seq. Joh. Bapt. Cost. De fact. Scient. & ign. Cent. 1. Dist. 25. Joann. Ordelaph. ad d. l. fin. n. 140.* Quod quamvis in favorem potius, quàm odium possidentis videatur introductum, nè invitus in rem actionem pati compellatur, *d. l. fin.* idque ipsum *Ant. Fabrum* tanquam singulare actionum in rem, & contra communem regulam juris quâ judicium in invitum reddi dicitur. *l. inter stipulantem. 83. §. 1. π. de V. O.* notare moverit *Lib. 20. Conject. cap. 9.* Verè tamen pravè negantis frænum est, qui non cedendi, sed tantùm fortius cum adversariò geminò probandi onere gravatò contendendi, & moratoriis ambagibus spem condemnationis excludendi animo possessionem infitiatus erat. *Baptist. Costa. d. loc. Osw. Hill. d. lib. 20. c. 3. lit. O. & R. not. & Marc. Lycl. Membr. Lib. 4. Eccl. 8.* qui uterque hanc *Fabri Conjecturam* plenè refellunt.

XVI.

Non magis impunitam transire patiuntur Jura *negatam Possessionis Qualitatem*, quam eâdem juris privatione vindicare non dubitant *in judiciis de universitate hereditatis petitionem concernentibus*, in quibus, quemadmodum speciali rei vindicatione conventus Actor, cui antè rem curiosè explorare & tunc demùm ad agendum procedere incumbit, *l. 42. π. de R. 7. interroganti; An possideat*

deat rem petitam, respondere, & per hoc petitioni viam
aperire tenetur, *d. l. qui petitorio. 36. π. de R. V. & l. qui ser-*
vum. 20. π. de interr. act. quem in finem actiones olim
Interrogatoriæ introductæ, quæ postea, Judicis officio in
earum locum succedente, exoleverunt, *l. 1. §. 1. & ib. P.*
Bus. & t. t. π. de interrog. in jur. fac. Osw. Hill. d. lib. 20. c. 3.
Lit. P. not. Ita & hereditatis possessor in judiciò prapa-
ratoriò interrogatus ad fundandam actoris intentionem
præter simplicem possessionem, ejus quoque titulum do-
cere tenetur, *l. cogi. 11. & ibi Sich. n. 3. C. de petit. hered. l. 12.*
C. Theod. de fid. instrum. Osw. Hill. Lib. XIX. c. 12. Lit. 11. & X.
cum not. & Bach. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 15. th. 3. Lit. E. quò
alterutrò negatò Reus in solidum convenitur, & in con-
tinenti rei hereditariæ possessione exuitur, *d. l. de atate. 11.*
§. 4. π. de interr. act. l. fin. π. d. R. V. Azo in summ. C. de
her. pet. n. 31.

XVII.

Pari Juris Privatione *turpis Negatio in pratoris in-*
rem actionibus vindicatur. In his enim Hypothecariâ expe-
riens cùm intentionem suam inter cætera fundare neces-
se habeat in hòc, quòd res, de quâ controvertitur, tempore
conventionis in bonis fuerit debitoris sui, *l. & qua. 15. §. 1.*
π. de pign. l. ante omnia. 23. π. de probat. possessor pigno-
ris hâc actione conventus negans rem ejus, cujus actor
eam esse adseverat, si, probatâ hâc intentionis parte, rem
retinere nitatur, dicens ex hypothecâ, vel aliâ causâ in
eandem personam delatâ, se propinquiorem esse, quàm
qui movet causam, prius transferat possessionem, quàm
jus suum poponat, *auth. item possessor. C. qui potio. Ant.*
Tes. decis. 186. n. 7. Possessionis ergò beatitate ob hoc
malevolentia studium spoliatur; sed ita, ut in petitoriò
quæstionem proprietatis movere, inque novâ instantiâ
C potiora

potiora jura deducere nequaquam prohibeatur. *Ant. Negus. tr. De pign. p. 5. m. 2. n. 26. Sich. ad d. auth. in f. Job. Bapt. Asinius De execut. §. 7. c. 24.*

XVIII.

In Actionibus verò Personalibus quoties de indebitò quaestio movetur, sanè condicenti non tantùm ipsam solutionem, sed & qualitatem ejus probandam esse, reumque potiùs præsumtionem debitè accepti præ se ferre, hætenus indubitatum est, cum solvens nunquam ita resupinus credatur, ut facilè suas pecunias jactet, & indebitas effundat, *l. cum de indebitò. 25. pr. π. de probat. Cludius De Condict. c. 9. n. 35.* Quod tamen præsumtionis beneficium alià fortiori præsumptione superatum Reus perdit, inque actorem transfert, si rem, vel pecuniam accepisse, absolutè negaverit, & is, qui dedit, legitimis probationibus solutionem docuerit; quò casu convictus juris sui diffidentiam negasse præsumitur, & propter hoc rem solutam omninò restituere tenetur, nisi eam debitè accepisse in continenti probaverit, *d. l. cum de indebitò. 25. pr. π. de probat. Card. Tusch. pract. Concl. tom. 5. concl. 158. tit. M. Osw. Hill. Lib. XXV. Don. Enucl. cap. 3. ad quam probationem omninò admitti debet, & quidem eòdem in judiciò, & antequam restituat; quò ipsò differt hæc pœna ab illà, quâ Infitiatio in actionibus in rem punitur. A quò onere tamen se relevare potuisset, si ab initiò pecuniam quidem accepisse confessus fuisset, non indebitè verò sibi solutam fuisse excepisset. Ut ita in indebiti conditione Infitiatio duplici pœnâ, sed alternativè tantùm vindicetur; Onere scil. legitimæ probationis, aut pecuniæ sive debitè, sive indebitè restitutione. Fulv. Pacia. Lib. 1. De probat. c. 19. n. 17.*

XIX.

XIX.

Pœnas, quæ Infittianticum Jure simul spem recuperandi adimunt, incurrit partim Vasallus abnegando feudum, sive totum, sive ejus saltem partem, aut qualitatem, seu conditionem, quò casu privatione vel totius feudi, vel partis abnegatæ multabitur, tit. 26. §. Vasallus. Et tit. 34. F. 2. lib. 1. Landr. in gl. Sprechen sie aber. n. 3. Also auch verlieret man das Lehen / ob einer spreche / das Gut were sein eigen / Jac. à Sanct. Georg. De feud. c. 31. n. 43. Gothfr. Anton. Diss. feud. 11. th. 3. lit. G. Cujac. De feud. Lib. IV. tit. 5. Bocer. tr. De feud. omis. ex culp. Vas. in pers. Dom. com. n. pen. Magn. Dn. Ben. Carpz. Diss. feud. 9. pos. 17. & feudum per abnegationem amissum sive novum sit, sive antiquum indifferenter cedit Seniori, ut hanc habeat suæ injuriæ ultionem, tit. 24. §. fin. F. 2. Sig. Finckelth. Diss. feud. 10. contr. 23. Ben. Carpz. d. Diss. feud. 9. pos. 35. Quod si verò Prælatus abneget Patronum feudi Ecclesiæ suæ, vel maritus dominum feudi in dotem sibi dati, tunc commodum saltem, & honos, quem abnegantes, quamdiu in eadem causâ manserint, ex feudò percipiebant, ad dominum revertetur, salvo manente feudò Ecclesiæ, & Uxori, quibus factum alterius damnosum esse non debebat, l. 11. §. 74. π. de R. J. Carol. Molin. De feud. tit. 1. §. 30. n. 76. §. 88.

XX.

Sed anceps quæstio est; Nùm & Emphyteuta ob negatam Emphyteusin jure suo privandus sit? Nos salvâ Angeli in l. fin. π. de R. V. Aur. Corbuli tr. De Jur. Emph. c. 1. per tot. aliorumque autoritate mitiora sequemur cum Baldò in c. 1. §. si Vasallus. tit. 36. F. 2. cum non undiquaque præsertim in odiosis tutum putemus argumentum à feudò ad Emphyteusin, Bach. ad Treutl. Vol. 1. Diss. 29. th. 12. lit. A. P. Surd. Decis. 188. præsertim cum in feudò singularis pri-

C 2

vatio-

vationis ratio, quòd Vasallus negando feudum dominum
debitò fidelitatis, quò ei potissimum obstrictus est, priva-
re videtur, atque sic feloniam committit, *Joann. Ordelaiph.*
ad l. fin. n. 876. π. de R. V.

XXI.

Partim *Debitor Civilis*, & vel *principalis* malitiosè ne-
gans tum *Debitum ipsum*: Ad quam classem referimus
Heredem negantem debitum ex causà Legati, vel fideicom-
missi: in quà aut *prorsus legati vel fideicommissi onere à*
defunctò se gravatum, aut saltem legatum rem heredita-
riam esse insitiatur. *Priori casu* juris constituti est, in fi-
deicommissis & quavis ultimà voluntate, exceptò testa-
mentò, quinque testes adhiberi, *l. fin. §. fin. C. de Codic. l.*
fin. C. de fideic. quòd si tamen testator fidei heredis sui
commiserit, ut vel hereditatem, vel speciale fideicom-
missum restituat, & neque ex scripturà, neque ex quinque
testium numerò res manifestari possit, sed vel pauciores
quàm quinque, vel nemo penitus testis intervenerit; He-
res verò, cujus fidem testator fuerat secutus, perfidià ten-
tus adimplere fidem recuset, negando rem ita esse subse-
cutam, & postea vel testibus, vel quod singulare heic est,
delati juramenti recusatione perfidiæ convictus, aut
spontè etiam confessus ad subtilitatem juris recurrere,
atque exceptionem dispositionis minus solennis allegare
velit, non auditur, sed relictum omninò solvere cogitur,
§. fin. & ib. Cunr. Rittersh. J. de fideic. her. l. fin. & ib. Sich.
C. de fideicomm. Ut autem Heres fideicommissi verita-
tem juramentò detegere teneatur, requiritur, ut, quò
tempore testator ejus fideicommissit, præsens fuerit, atq;
sermonem fideicommittentis ad se directum percipere
potuerit, *d. §. fin. Inst. de fideic. her. Sig. Finckelth. Obs. 51.*
n. 7. & II. *Posteriori casu* Heres negans rem legatam esse
here-

hereditariam beneficiò Legis Falcidiæ uti prohibetur, per
l. hereditarium. 68. §. fin. Et ibi. Castr. π. ad L. Falc. in quò
textu contra lectionem Florentinam & vulgarem ex *Manu-*
Scriptò Obrechtianò, quod modò *Dn. Joann. Christoph. Marci,*
Œtò celeberrimò, possessore gaudet, pro verbis: *quod Ul-*
pianus rectè improbat; cum Ant. Goveanò ad h. l. lego;
quod Ulpia. rectè probat. quam lectionem non parùm juvat
Modestinus, qui Legis Falcidiæ beneficiò indignum judi-
cat eum, qui id egerit, ut fideicommissum intercidat, *l.*
beneficiò. 59. π. eo. P. Aemil. Gall. tr. De Succ. ab intest. vel
Testam. Tit. 4. Except. 29. p. 2. n. 26. *Utrum autem benefi-*
cium hoc heres perdat in totum, an pro eâ saltè, quàm infi-
tiatus est, parte, dubitare poterat; defendemus posterius
per d. l. hereditarium. 68. §. fin.

XXII.

Tùm *Causam fruendi juris privationi ex fraudulentâ*
negatione subjecti. Inter quæ jura familiam ducere vide-
tur partim *privilegium Competentiæ* certis personis in,
l. miles. 6. l. sunt qui. 16. Et seqq. π. de rejudic. l. maritum. 12.
Et seqq. π. solut. matr. enumeratis ob certas causas, & per-
sonarum qualitates, nè in solidum, aut ultra id, quod fa-
cere possunt, condemnentur, in jure concessum, *l. 173. de*
R. 7. Hoc Juris beneficiò negans se socium indignum se
reddit, *l. si unus. 67. §. fin. π. pro soc. l. sed hoc ita. 22. §. fin. π.*
de rejudic. Sed, *An idem sit in reliquis causam hujus privi-*
legij infitiantibus, controvertitur: Negat *Donellus ad l.*
sunt qui. 16. π. de re jud. Comm. Jur. Civ. Lib. 27. & singula-
re hoc putat in Sociò ad cæteras personas haut transferen-
dum ex ratione singulari, quod socius voluntate suâ, pu-
tà, renunciando Societati, atque sic socios à se liberando,
l. actione. 65. §. 3. π. pro soc. efficere possit, nè sit socius: at
cæteri, putà, Maritus, aut miles dicendo se maritum, aut

C 3

mili-



militem non esse, non faciant, quò minus sint, quòd esse negant. Verùm enimverò cum causa poenæ præcipua ex parte Infittiantis sit Dolus, ex parte læsi seu actoris probationis onus atque periculum, quæ utraq; in cæteris personis occurrunt; Et leges malitiis occurrere, non succurre soleant: nec æquum sit, dolum suum quemque relevare, *l. verum est. 63. §. 7. π. pro soc.* præterea jura præter socium idem expressè disponant de filiofam. *l. sed si. 4. §. 1. l. eum qui. 6. π. quod cum eò. l. qui cum. 10. π. de re jud.* cogitandum relinquo; An non inhærendum sit regulæ Dd. generali, quòd negans id, quòd est causa beneficii illud perdat; quæ fundari satis videtur in *d. l. verum est. 63. §. 7. π. pro soc. & l. sed hoc ita. 22. in fin. π. de re judic.* quam sententiam plerique sequuntur Dd. *Sich. ad l. 10. C. de fidej. Job. Schneidew. ad §. omnium. 7. de actio. n. 93. Anton. Tesh. Decis. 50. n. 4. Surd. tr. De Alim. tit. 1. q. 78. n. 28. & seqq. Casp. Manz. in patroc. Deb. Dec. 3. q. 7. n. 42.*

XXIII.

Partim *Exceptio Scti Macedoniani*, quâ filiusf. pecuniam numeratam mutuò accipiens contra Creditorem suum se perpetuò tuetur, *l. 1. & t. t. π. & C. ad Sct. Maced.* Hoc ipsum tamen Exceptionis beneficium filiusf. amittit, si contrahens pro patref. se venditaverit, *l. si quis. 3. pr. π. & l. 1. C. & ib. Barthol. Salic. ac Gilcken. C. ad Sct. Maced. Osw. Hill. Lib. 12. Don. Enucl. c. 26.* Qui enim se dicit patremf. satis se negat filiumf. quia negatum etiã dicitur quid per affirmativam habentem implicitam negativam, & contra *arg. 1. hereditarium. §. fin. π. ad L. Falcid. Joann. Ordelaph. ad l. f. n. 182. & seqq. π. de R. V.* Ad hanc quoque Classem non absurdè referri posse videtur libertus jus aureorum annulorum consequutus, qui Jus illud, quòd se liber-

libertum negaverat, amittit, *l. 1. π. de jur. aur. annul. 7af.*
in l. quod te, 5. n. 30. π. de R. C.

XXIV.

Vel *Minus Principalis*, ut est *Fidejussor*, qui si fidejussisse infitatus fuerit, Divisionis auxilium sibi ex *Epistola D. Hadriani, juxta §. si plures. 4. Inst. l. inter fidejussores, 26. π. l. non rectè, 3. C. de fidejuss. l. fin. C. de constit. pec. concessum amittit, per l. si dubitet. 10. §. 1. π. de fidejuss.* quem textum Dd. ob rationis identitatem etiam ad excussionis, & cedendarum actionum beneficia, in ipsorum fidejussorum favorem introducta, *auth. presente. C. de fidejuss. Nov. 4. c. 1. l. cum alter, 11. C. eo: extendunt, Bart. & Alex. in l. sed hoc ita. 22. π. de re judic. Hering. De fidejuss. p. 2. c. 27. n. 54. & seqq. H. Hartm. pract. Obs. Lib. 2. Obs. 5. t. 31. Coler. de Process. Exec. p. 1. c. 10. n. 349. Berl. p. 2. concl. 24. n. 91. & seqq.* Sicut etiam ad Corream debendi in iis casibus, quibus ipsi beneficium Divisionis competit, *ex auth. hoc ita. C. de duob. reis, auth. presente. C. de fidejuss. Job. Ronchegall. ad l. 3. §. 1. n. 134.* Et ad extraneos pignorum possessores, quos jura excussionis beneficiò muniunt, quamdiu cum Reò & intercessore personaliter actum non sit, *per auth. hoc si debitor. C. de pign.*

XXV.

Succedunt *Infitationis Poenæ litem multiplicantes* in certis causis, quæ ob id ipsum hoc peculiare habent, ut per errorem solutorum nulla admittatur indebiti condictio, *§. fin. J. de Oblig. qua ex qs. Contr. & l. ea qua. & ibi Dd. C. de Condict. indeb.* propterea, quòd, qui ex his causis solvit, cum adversariò transigere, & pretiò periculum poenæ, quod infitando incurrere possibile erat, redimere velle, præsumitur, *Jac. Cujac. ad l. 2. C. de Condict. indeb. & ad Nov. 18. circa fin. & 4. F. 5. Ant. Perez. ad tit. C. de condict.*

in 2

in deb. n. 7. Fit autem Litis multiplicatio vel in solidum, in actione ex damnò sine injuriâ datò, quod Lex Decemviralis & Prætor aut noxæ deditio, aut noxiæ æstimationis oblatione domino expiandum sancivit, l. 1. π. si quadr. paup. Quod si tamen dominus, adversus quem hæc actio datur, l. 1. §. 12. π. eo, in jure interrogatus, An sua quadrupes esset? responderit suum non esse, & ejus esse postea constiterit, in solidum condemnabitur, nec noxæ deditio jam se liberare poterit, d. l. 1. §. 15. π. si quadr. paup.

XXVI.

Vel in duplum, in Actionibus descendentibus partim ex Contractu, partim ex Delicto. Ex Contractu vel verò, vel Quasi. Ex verò tum in Scriptis celebratò, tum sine Scripturâ. Prioris generis est Condictio certi ex Syngraphâ, quam si Debitor neget, vel exceptionem non numeratæ pecuniæ ei opponat, & vincatur scripsisse, vel accepisse pecuniam, damnatur in duplum, auth. contra C. de non num. pec. quò nomine & simplum rei persecutorium continetur, quod utrumque Actor eòdem in judiciò consequetur, Job. Thomæ De Anarg. pos. 5. Præter hanc dupli pœnam Infitiator Syngraphæ punitur, nè possit pluribus uti defensionibus, Nov. 18. c. 8. vers. si quis. Eadem pœna dupli in Actore quoque constituitur, qui falsò negat à se scriptam apocham, seu confessionem solutionis sibi factæ, d. auth. contra. Nov. 18. c. 8. ita ut summam in apochâ comprehensam cogatur imputare debito, & alterum tantum præstare, Job. Sichard. ad l. 4. C. de L. Aquil. Jac. Cujac. & Matth. Stephan. ad d. Nov. 18. Et extendit Job. Thomæ d. Diss. De Anarg. pos. 5. hanc pœnam ex præsumtâ mente Legislatoris ad quosvis Debitores, qui contra confessiones etiam non scriptas, vel in genere contraveritatem numerationem negarunt arg. edict. Just. 7. c. 1. quæ

quæ sententia eleganti ratione nititur; Licet enim major sit audacia ejus, qui contra confessionem scriptam falso negat; in altero tamen, cuius confessio scripto non habetur, pronior malitia, atque eo magis coercenda, quò periculum ab eo timetur gravius. Laudat etiam *Sig. Scaccia Urbis Statutum* negationem propriæ Scripturæ pœnâ decem ducatorum pro quolibet centenariò contentò in apochâ negatâ puniens, *Lib. 2. De Judic. c. 11. n. 1054.*

XXVII.

Posterioris generis est tum actio Depositi in quatuor casibus, tumultus, incendij, ruinae, aut naufragij causâ facti; in quibus si Depositarius infitietur depositum, convictus condemnatur in duplum, §. rei persequenda. J. de actio. l. 1. §. 1, 2, 3. §. 4. l. si duo heredes, 22. π. depos. quæ actio quâ simplex est, & ex Contractu, rei que persequutione descendit, in heredem datur in solidum etiam dolò defuncti interveniente, *l. si hominem. 7. §. 1. l. si duo heredes. 22. π. depos. l. ex contractibus. 49. π. d. O. §. A.* quâ verò pœnalis est, pro eâ parte, quæ ad eum pervenit, *Lyel. Bened. Lib. 2. c. 1. §. 2.* Quas quatuor depositionis causas per casum fortuitum ex necessitate descendentes à cæteris ex deliberatâ voluntate provenientibus Prætor haut sine ratione separasse videtur. Animi enim sui motum secutus depositarium sibi eligens, de cujus fidelitate & diligentia in depositò aservando non laboret, si depositum negetur, simplò contentus sit, sibi que imputet, quòd cæteris hunc minùs providè prætulit. Cum verò extante necessitate quis deponat, crescit perfidiæ crimen in negante, in quò solò omnis culpa est, dum nullæ simul heic concurrant partes voluntatis, quâ depositarii fides à deponente fuerit electa, *d. l. 1. §. 3. §. 4. π. depos.* Aliàs Depositum quodcunque negans, si unâ intercipiendi causâ occultaverit, etiam

D

furti

furti tenetur, *l. 1. §. sola Cogitatio. π. de furt.* sola tamen
ejus negatio, nisi & contrectatio interveniat, furti a-
ctioni locum non dat, cum infitiando depositum furtum
nemo faciat, *l. infitiando. 67. π. de furt. Pr. Farinac. De furt.*
q. 168. n. 5. §. seqq.

XXVIII.

Tum ex Contractu habitò cum argentariis ex *Ed. Just.*
7. quod in duplum dependere jubet ea, quæ per impro-
bitatem, ac fraudulenter alterutra pars negaverit, *cap. 1.*
Jac. Cujac. ad Nov. 18.

XXIX.

Ex Quasi Contractu est actio ex testamento nomine le-
gatorum, olim per damnationem, *§. fin. Inst. de Oblig. que qs.*
ex contr. Jac. Cujac. ad Nov. 18. hodie venerabilibus locis,
quorum nomina in *l. fin. C. de SS. Eccl.* referuntur, *relictio-*
rum, d. §. fin. §. sed furti. 26. f. de actio. §. ecce enim. Inst.
de pæn. tem. litig. Heres itaque negans Legata relicta
venerabilibus locis propter Infitiationem ab Administra-
tore Ecclesiæ, vel cujuslibet pii loci conveniri potest ad
duplum, *d. §. sed furti. Inst. de actio.* quæ pœna cum non
tantum Infitiantis odium, sed & Legatarii favorem respi-
ciat, rectè monente *Ant. Ufill. ad §. ex maleficiis. 18. n. 72.*
f. de actio. æquè in legatis pro redemptione captivorum
relictis obtinere dicemus, *arg. d. §. fin. in fin. Inst. de Oblig.*
que qs. ex contr. §. l. sancimus. 21. C. de SS. Eccl. l. si quis. 36. pr.
C. d. donat. c. 70. caus. 12. q. 2. cum tale legatum magis pri-
vilegiatum quàm Ecclesiæ relictum videatur; dum res
Ecclesiasticæ, quæ aliàs alienari prohibentur etiam pro
redemptione captivorum obligari ac distrahi possint, *dd.*
ll. non verò in relictis Reip. vel Fisco, cujus cum Ecclesiâ
comparatio in præscriptionis tantum materiâ procedit,
l. ut inter. 23. C. de SS. Eccl. Job. Schneidew. ad §. ex maleficiis.
Inst.

Inst. de actio. n. 6. Anton. Ufill. ad d. §. n. 73. & seq. Duplicatur autem huiusmodi Legatū unā cum interesse & fructibus; quia pœna legalis rei persequutionem, & interesse non tollit, nec contra; sed res cum poenā debetur, & peti potest, l. si pro fure. 7. pr. & §. 1. π. de condict. furt. quod secus est in poenā conventionali, de quā l. apud Celsum. 4. §. 7. π. de except. dol. quæ unā cum re peti non potest, nisi adjecta sit clausula, Ratō manente pactō, quæ plerunq̄ue in transactionibus apponi solet, l. qui fidem. 16. & ib. Dd. ff. & l. cum proponas. 17. C. de transact.

XXX.

Ex Delictō; ob damnū injuriā datum, quod coërcet Lex Aquilia, quæ pro abnegatione malevolentes duplicibus exactionibus subdit, hancque plebis legislationem ipse Justinianus denuō approbavit in Nov. 18. c. 8. pr. Et quamvis in Criminalibus Reus infitiando delictum haut facilē puniatur, per ea, quæ tradit Hippol. Bonacoß. in Commun. Opinio. n. 508. Diversa tamen ratio est in actionibus Civilibus ex delictō descendentibus, qualis hæc Legis Aquiliæ, quæ sive directā, sive utilis tantūm, sive in factum, adversus reum infitiantem damnū à se datum crescit in duplum, quæ in confitentem tantūm erat in simplum, §. vi autem. vers. sed & lex Aquilia. §. in duplum. & §. sed furti. J. de actio. l. contra. 4. & ib. Joh. Sich. C. de L. Aquil. l. lege Aquiliā. 2. §. 1. & l. indè Neratius. 23. §. 10. π. eo. Per Simplum autem duplandum æstimationem rei quanti retrō fuerit plurimi, juxta d. l. lege Aquiliā. 2. pr. l. ait lex. 21. pr. d. l. indè Neratius. 23. §. 3. l. si servus. 27. §. 4. l. quemadmodum. 29. §. fin. π. ad L. Aqu. arg. l. item si cum exceptione. 14. §. quadruplabitur. π. quod met. ca. intellectum volumus cum Cels. Bargaliō tr. De Dolō Lib. V. c. 14. n. 42. & seqq.

XXXI.

Prædictis actionibus ob infitiationem in duplum crescentibus Doctores accensent & Actionem iudicati, autoritate *Julij Pauli. Lib. 1. sentent. tit. 20. §. Lib. 5. tit. 5. Jac. Cujac. l. 1. C. de Condict. indeb. Cludius De Condict. c. 4. n. 68.* Verum cum Pauli Sententiæ legis autoritatem nullam habeant, §. *hæc igitur. 19. De Confirm. π. ad Magn. Senat.* Ideoq; curæ hæc non Hippoclidî.

XXXII.

Deficientibus Pœnis Ordinariis, ut malitiis occurratur, ad ExtraOrdinarias seu Arbitrarias deveniendum. Id quod accidit non tantum, quando Lex ipsa absque pœnæ denominatione ejus determinationem arbitrio Judicis committit, ut sæpè in jure fieri videmus; Sed & si Crimen perpetratum nec peculiare nomen sortiatur, nec legibus, vel statutis expressè comprehensum reperiatur, *Magnif. Dn. Ben. Carpz. prax. Crim. p. 3. q. 133. n. 1.* Et hæc pœnæ ExtraOrdinariæ non ita præcisè determinari, nec certâ aliquâ regulâ comprehendi possunt, sed potissimum arbitrio, & discretioni Judicis committuntur, qui causâ diligenter cognitâ, Criminis qualitate probè examinâtâ, omnibus facti circumstantiis exactè perpensis supplicium decernere debet, non quod ipsi placuerit, sed quod æquitati ac Justitiæ æquilibrio convenire deprehenderit, *Ben. Carpz. d. loc. n. 5.* Hæc pœnâ Arbitrariâ punitur Tutor negas alimenta pupillo decerni posse, quò casu non tantum ut suspectus removetur, sed & arbitrariè punitur, §. *suspectus. Inst. de susp. tut. l. tutor. 3. §. 14. π. eo.* Eundem etiam, si pecuniam ad alendos pupillos penes se habere falsò negaverit, Judex, præter gravissimas ejus, quæ penes ipsum esse constiterit, usuras, aliâ pœnæ adjectione afficere debet, *per l. tutor qui repertorium. 7. §. 8. π. de admin. tut. P.*

Mon-

Montan. De Jur. tut. c. 32. n. 172. Pari modò Advocatos negantes quid contra acta, arbitriò Judicis puniri testis est *Dn. Ben. Carpz. 3. resp. 5.* Et quando quis negando veritatem privilegium aliquod à Principe impetravit, caret privilegiò, & extraordinariè pro Infitionis qualitate punitur, *l. etsi legibus. 5. C. si contra jus vel util. publ. c. 25. q. 2. c. sedes. in fin. Extra de Rescript. Fulv. Pacia. De Probat. Lib. 1. c. 19. n. 17.*

XXXIII.

Hæc De Infitionum Pœnis Lege in jure nostrò disertè definitis, de quibus duntaxat præsentem Dissertationem instituisse mens fuit. Ex his Legibus pœnalibus earum Interpretes breves quasdam elicuerunt Juris præceptiones, quibus multi citra earum officium in extendendis Negationum pœnis ad abusum usq; utuntur, prout videre est apud *Ant. Gabriel Lib. V. concl. 5. Fulv. Pacia. De probat. Lib. 1. cap. 18. Ant. Hering. De Fidejuss. p. 1. c. 27. Gvilb. Ant. de Freudenberg De Rescript. Morat. tom. 7. concl. 26.* At cum hujusmodi regulis ea lex sit atque conditio, non ut ex iis jus sumatur, sed ex jure, quod est, fiant. Jura autem ex quibus factæ certis tantum in casibus disponant, extra quos limites maximè in hæc causâ odiosâ officium suum perdant, *l. 1. Et ibi Dd. d. R. 7. Statuemus cum Paulò Parisiò Cons. 100. n. 10. Et seqq. vol. 3. Et 7af. ad l. quod te. 5. n. 30. Et 31. π. de Reb. cred. arg. Nov. 2. c. 3. vers. nec qualibet lex est, tale dicens.* Cum Lex specialiter in istis casibus pœnam non inducat, etiam nos id dicere minimè valere. Nec faciendum esse extensionem ex aliis legibus & casibus, quibus propter negationem aliquod beneficium amittitur, cum de privatione unius beneficii ad aliud inferre sit contra reg. vulg. *in c. odia. de R. 7. in 6. l. interpretatione. 42. π. de pœn. & ea, quæ dicta fuere s. tb. 14.* Quam

D 3

beni-

benigniore sententiam post alios amplectitur etiam,
Ant. Ufill. ad S. ex maleficiis. n. 74. J. de actio.

XXXIV.

Priusquam autem Infitiator commissi poenam ex Lege luat, ejus, quod dolo infitiatus est, legitimè convictus sit, necesse est, *Nov. 18. c. 8. pr. ibi: Et probaverit hoc legitimis modis actor.* Neque probatio heic sufficit quævis, sed ea solùm, quæ fit per instrumenta & testes, *Jac. Cujac. in Interpp. in Julij Pauli recept. sent. lib. 5. tit. 5.* Quamvis enim in arbitrio sit Actoris, An intentionem suam negatam per testes, aut instrumenta, an potius juramentò delatò probare velit; *Ant. Perez. ad l. in bona fidei. 3. n. 24. C. de reb. cred.* posteriori tamen electò Reus poenam Infitationis effugiet, *l. eum qui. 30. π. de jurejur. d. Nov. 18. c. 8. §. hac autem. Jac. Cujac. par. C. de probat.* Cùm enim hæ poenæ non minùs in compensationem oneris probandi, quàm malitiosæ Infitationis odium videantur introductæ, teste *Rom. cons. 70. n. 9. Card. Tusch. pract. Concl. tom. 5. concl. 188. lit. M.* Idque ex naturali ratione; ut qui in unò sentit onus, idem alià parte lucrum vel commodum sentiat, *Joh. Sich. ad l. 4. C. de L. Aquil.* Juramentum autem non sit veræ, sed fictæ potiùs probationis species, & relevamen magis ab onere probandi; Hinc *Pedius* apud *Jctum Paulum* ait, *abundè sufficere, petitorum exonerari à necessitate probandi, in d. l. eum qui. pr. π. de jurejur.* *Frider. Schenck. in Interpp. feud. Lib. 3. §. Vasall. Si de feud. def. contr.* adeoq; nec iniquum Infitationem hòc casu relinquì inultam, maximè cùm Reus juramentum deferens dubitasse, & sic extra culpam & dolum esse; quin imò, nè poena Infitationis eum constringat, aliquò modò confiteri credatur, *d. l. 30. π. de jurejur. Carol. Molin. ad consuet. Paris, tit. 1. §. 30. n. 19. & seq.* Nec obstat, quòd actionis ex ju-
reju-

rejurandò vis consistat in hóc, ut per eam consequamur
omne id, quod veteri atque directâ actione nobis debeba-
tur, *l. si possessori. 11. §. 3. π. de jurejur. l. si duo patroni. 13. §. 13*
π. eo. quandoquidem in veteri actione pro commodò, e. c.
dupli onerabatur probatione; in actione verò ex jureju-
randò exoneratur, *d. l. eum qui. 30. pr.* quò levamine con-
tentus esse debet, nè aliàs duo auferret commoda, cum
in directâ sit unum, quod ipsum esset contra naturam a-
ctionis jurisjurandi, & *d. l. 30. in f. pr.* quia non debet plus
peti, quàm in jusjurandum deductum est, *arg. l. ut fun-
dus. 18. π. comm. divid.* At, qui jurat ad decem sibi dam-
num datum esse, non amplius juramentò complectitur,
quàm decem; nec enim deferebatur juramentum super
pœnâ dupli, sed solùm super simplò; quod quia sine pro-
bationum gravamine obtinuit, deficit conditio, ex quâ
futura erat pœna dupli, *Donell. ad l. 8. C. de jurej. n. 13. &*
seqq. Osw. Hill. Lib. 24. cap. 16. De jurejur. c. 8. lit. M. & N.
Job. Sich. ad l. 4. C. de L. Aqu. Aliud tamen in causâ feu-
dali, & quidem contra communem Feudistarum senten-
tiam, adserere non erubescimus, si nimirum Vasallus feu-
dum, vel ejus qualitatem dolosè negaverit. Hòc enim
casu feudò privabitur, sive Dominus per testes, sive per
juramentum sibi à Vasallò ultrò delatum, se patro-
num probaverit; idq; ob manifestam rationis diversita-
tem; Cum Vasallus negans non tam propter probandi ne-
cessitatem, quâ Dominum gravat, quàm ingratitude
& injuriam eidem illatam puniatur; ex quò, delictò se-
mel consummatò, Seniori statim Jus oritur, & actio ad
commissum, ac repetitionem feudi. Et quamvis in pro-
bandâ feloniam requirantur veræ & liquidissimæ proba-
tiones, *tit. 57. §. un. F. 2.* nec sufficiant fictæ, neque actori
semiplenè, vel etiam plusquam semiplenè probanti ju-
ramen-

ramentum necessarium in supplementum probationis ad finem hujus ingratitude probandæ, & commissi obtinendi deferri posse existimemus; aliud tamen est in juramentò voluntariò, vel judiciali, quod, quia procedit de consensu partium, æquè semper admittitur ut confessio, idemque operabitur, quod transactio, vel renunciatio deferentis, *Carol. Molin. ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 32. & seqq.* Illud tamen quæstionis non indignæ est: *Nùm & juramentum Necessarium seu Suppletorium Infitiantem à pœnâ Infitiationis liberet?* Quod nos negamus per *d. l. eum qui. 30. pr. π. de jurej.* & quia argumentum à juramentò Voluntariò ad necessarium non procedit, *l. admonendi. 31. π. eo. Cels. Bargal. De Dolò. Lib. V. c. 14. n. 53. Diss. Joann. Ordelaph. ad l. fin. n. 847. & seqq. π. de R. V.*

COROLLARIA.

I.

Annuis redivibus longissimò tempore præscribi potest.

II.

Dos adventitia Uxore mortuâ Jure Justinianéo apud maritum manet.

III.

Substitutio pupillaris non confirmatur per sui heredis existentiam.

IV.

Debitor invito Creditori particularem solutionem obtruderre non potest.


V.

Venditor præcisè ad rem tradendam tenetur.

F I N I S.

VOM







3.
Q. F. F. S.
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
INFITIATIONE
POENALI
QUAM
DEO PRÆSIDENTE
EX DECRETO
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN ACADEMIA LIPSIENSI
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
SOLENNITER CAPESSENDI
PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ
SEBASTIANUS SCHUBARTUS
EILENBERGA - MISNICUS
IN AUDITORIO JCTORUM PETRINO
EXPONIT
AD DIEM XX. MENS. SEPTEMBR.
ANNO
M DC LV.

LIPSIÆ
Typis BAUERIANIS.